

rit, uerū & uocis ad commodam animalis uitam necessariæ gratia. Quod enim à pulmone inter expirandum redditur, uocis optima euadit materia. Atq[ue] ita uniuersa respirationis organa summus rerum Opifex machinatus est, ut ex nostro arbitratu acrem attrahamus, cumq[ue] rursum reddamus, aliter quā cor ex nostra uoluntate neutiquam pendens agitur. At quā hæc quoque latius dum thoracis musculos trademus complexi fuerimus, ad pulmonem redeundum est, qui in star promptuarij cuiusdam in duos asperæ arteriæ ramos acrem affluit, cordi illum ingenita luæ carni facultate preparans, ut deinde cor per arteriæ uenalis ramos ex aperie propaginibus sibi illum alliceret queat, ac deinde rufus à pulmone quod cordi inutile est, per expirationem reddatur. Quis itaq[ue] aperie arteriæ sit unus, nemini latet: quemadmodum neque uenali arteriæ unus nulli in cognitione est, quinvis praecipuis sit, ut acrem cordi aptū, ac à pulmonis substantia in asperæ arteriæ ramis consuetum, in le pelliciat, ipsiusq[ue] interuenient cor eundem in finistrum ipsius uentriculum attrahat. Arterialis uena in hoc potissimum facta censetur, ut pulmoni aptum suæ substantiam alimentum ex dextro cordis uentriculo exporrigit, quod lœue, aereum, spumosumq[ue] oportuit, si modo illa mutatis aerem substantiam, ad aerem ematandum debet esse proportionis, atque ipse etiam pulmo comprimi colligicet & rufus distendit sequaxq[ue] esse posset. Ad quam functionem etiam uenali arteria pulmoni utilis est. nam & hæc illi sanguinem suo nutrimento aptissimum deriuat, quo pulmo tum propter ipsius molitatem, tum propter continuum motum, tum propter caloris copiam, quam ex cordis uincio indefsumq[ue] cordis motum adipiscitur, plurimo præ ceteris corporis partibus indiget. Quod autem pulmonis tunica ipsius substantia quæ aeris alterandi uim possidet, atque ramorum implexus firmat, implitetq[ue], inuolucru iice sit, omnibus perspectum reor. Sic quoq[ue] hanc inuolucrum mollemp[er] ut cum pulmone promptè concideret, & faciliter dilataretur, factam esse, neminem ambigere decet.

DE CORDIS INVOLVICO.

Caput VIII.

PRAESENS inuolucrum membranis thoraci amplitudinem inter sepientibus libet, nullaq[ue] ex parte disiectum tertia ostendit figura, ad characteres B, C, D, E, F, G: ut apertum spectatur in quarta figura ad A, B, B. Rursus ipsius portio spectatur in ultima terij libri figura ad B.



EMBRANAM uniuersum cor cum suis auriculis ac uasorum initijs in star arcule cuiusdam aut theca inuoluentem, in medio thoracē inter sepientium membranarum colloccari ante diximus. V erū in presentia huius inuolucri situ paulo altius repetitur, eius effigie primū nucis pineæ forme & simillimæ esse dicemus. Quemadmodum enim ex orbiculari nec penitus depresso basi pinea nux in obulsum, nec impēs prominentem conuincronem ue de finit, omnīq[ue] ex parte orbicularis quodammodo uisit, sic quoq[ue] & cordis inuolucru orbicularē basim & mucronē obtusum exigit, pineamq[ue] nucē proximē refert. Ceterū inuolucru basi minimē cōtinua est, sed ut minimum quinq[ue] foraminibus peruia: duobus quidem, quibus cause uenae iter p̄ebet, uno nimirum, quā hæc septū perforat: atq[ue] id foramen in hominibus certior, ubi dextrū latus eius amplitudinem habet, quā inuolucru pertinacis simile septineruose parti, secus atq[ue] in ceteris animantibus, cōnaci docebimus, secundū autem foramen illud est, quo eadē uena sursum à cordis basi iugulū petet, tertiu porrò foramen arteriæ uenale transmittit, quartu uero arteriæ magnæ paratur, & quintu arteriali uenae uia p̄ebet. Atq[ue] id quodammodo duplex est, quod arterialis uena principi ex inuolucro labitur, in duos trunci discindit, binā in inuolucro foramina perpetuo ferē adeptos: quanq[ue] et uenali arteriæ duabus quodammodo locis iter p̄ebeat. His uasis notatu digno interuallo a cordis superficie abscedentibus, p̄frens inuolucru abnascit, quodammodo ab ipsis principiū ducēs, uidentur namq[ue] arteriæ magnæ & arterialis uenæ terciū tunica (quas ab inter sepientibus thoracē membranis, ac ab illa que costas succingit, exigunt) deinde & secunda uenæ cause & uenali arteriæ tunica ab hisq[ue] membranis profecta, corde inuolucru priuū statuerit. V ala etenim medio inter cor & ubi inuolucrum ipsius cōmittitur spacio, eiulmodi tunicis penitus desituitur, ac notatum dignum inter uallum inter cordis basim & inuolucru ad illa uasa coalitionem exsistit, neque magis inuolucrum cordis basim, quam mucronem aut latera illius contingit, quod sicut à Galeno ex pendendum erat, quum inuolucru originem à cordis basi pendere scriberet. Atque haec foramina inuolucru potissimum basi necessariō obtinuit, scilicet quā maximē licuit rotun-

Pulmonis pul monis ratio.

Tunica re
ratio.

Forma inuo
lucru cordis.

Quibus uasis
inuolucru cor
dis uicem pre
beat.

Cordis inuo
lucru inuidu

L. 6. de P.
foramina.

45. fi. D. E.

b 7. mafia.

tib. 2.

c 3. fig. à G

ad F.

d 6. fig. G.

e 6. fig. G.

f 6. fi. 1. ad-

jectum in C

c L.

g 1. fig. B.

dam efformans. Ceterum reliquum inuolucri corpus nihil prorsus transmittens continentum est, & sibi undecimq; præterquam in forma, quæ ex basi, ut diximus, in obtusum mucronem tendit, respondens. Basis hac summo apice paulo altius quinque thoracis vertebrae corpore locatur, huic non penitus, sed dunitascat è regione incumbens. Basis enim media est inter pectoris os & quartam quintamq; thoracis vertebraes, equaliter ab utrific, pectoris dico ossc & vertebrae, distans. Item basis quoque à dextris sinistris que costis pariter remota pendet. In progressuuerò defensuq; inuolucri situs variorum, ac alijs quidem animalibus longiori pectoris oleo quam homines donatis, inuolucrum id à dextris ac sinistris pariter secundum deorsum tendit, sensim in anteriora porrectum, adeò ut iam basis posterior, aut si animal resupinum intellexeris, humilior ipso mucroni complicatur. In homine autem cui anteriorē thoracis partem rerum Opifex breviorē largitur, inuolucrum deducere ac antrosum sinistrorum q; adeo protendit, ut mucro magis deorsum quo dimodo pertingat, quam pectoris ossis pars, cui superior maximè que antiqua septi træsueri pars adnatur: dein in sinistrum adeo pertinet, ut dextrum mucronis latus iux thoracis medium attingat. In anteriora quoque adeo mucro procedit, ut sinistrum pectoris ossis latus, quæ que huic coarticular cartilagine contingat. Atque hoc inuolucrum in se intersepientes membranæ amplexantur, secundum ipsius formam in latera exuberantes. Porro hoc inuolucrum substantia constat membrana, atque in simularium partium numerum cum reliquis membranis reponenda, nullus enim fibris intertexta, sed simplex est membrana, ut cuncte crassa, & admodum dura, cavitatemq; constitutens, in qua cor facile dilatari constringi queat. In se enim cor continet nulla pulsus portiuncula illi conatum, sed equaliter ab illo undiq; ut superius commemorabatur, distans. Cautias haec latus omnino est, tenui quadam humore obliterata, ac adipe penetrata omni destituta. Exterior quoq; inuolucri superficies omni adipe vacat. Quanquam fecus arbitratus sit Aristoteles, cordis inuolucrum pingue et se albens: intersepientes membranis forte delusus, quæ huic inuolucro obnatae præpingues, ac potissimum in hominibus, uisuntur. Ceterum exterior haec inuolucri superficies propter fibrosos nexus, ut membrana inuenit conata, alpera cernitur. Inuolucrum in lateribus inter se membra quodammodo orbiculatum obnatur. Anteriori parti, cui illa membrana non obnatur, fibræ membrane earum membranarū cauitate implentum cordis inuolucro adnascent. Posterior pars uniuersa intersepietes quoq; membranæ habet conatas. Ceterum uniuersa mucro, & dextra lateris inuolucri egregia portio septi træsueri neruo circulo ad latus sinistrum ualidissime, amplioq; admodum spacio conatetur, quod hominibus est peculiare. Simius quippe & canibus & porciq; septo multum difflat: tantum aberit, ut ipsi magna sui portione inuolucrum conectoretur, adeo fane ut & hinc luce clarius constet, Galenom hominis uisera aut oscitare, aut neutriq; speciales, simiasq; & canes nobis descripsi. Verū & homini adhuc priuatim anterior mucronis pars tunicae costas succingent fibrosis nexibus haeret, ea parte quæ sinistra lateris sextæ & septima costarum cartilaginea pectoris ossi coartatur. sed & inuolucru nesus inter thoracem in teruidentes membranas perficitur: nullib; enim ex illarum medio inuolucrum cordis excedit, nec pulmonem illa ex parte nisi illarum interuenient contingit. Hoc nullas arterias in se dispersas exigit, sed etiam uenias, nisi perquam tenuissimas ab illis serè exortas, quæ intersepientes membranis tanq; in omentū deruantur. quum enim cauam transmittant, ab illa uix aliquid mutuantur: quia autem septo in hominibus cōnascitur, communia cum septo uasa sibi uendicat. Nervos quoq; adipiscit nimirum quam obscuros, ac ab illis pronatos, à quibus recurrentes neruū iam pullularunt. Quod uero membranum hoc cordis inuolucrum cordi id sit quod dicitur, omnibus conspicuum esse arbitror: quum in star domus & arcule cuiusdam ac theca cor luculentissime amplecti, ac in tersepientes membranarū beneficio sustinere uidetur. Præterea ut leuis effet, & durus, ex ualida extrita membrana, nemini quoq; ambigere putauerim. Ceterum an hominibus secundū naturā le habentibus inuolucru id aquā continet, quā sero humoris modo in ipsius cauitate inter dissecandū repositā obseruamus, mīhi nō admodum perfectū est. Quatuor nulla fane humani cordis sectionē unq; aggressus sim, in qua non multe ciuiusmodi aque quantitatē repererim: quoq; etiā mortis genere sive paulo, sive multo ante hominem interfluet, etiam si adhuc maiorem copiā in mulieribus q; uiris animaduertem: nisi illi natura admodum suiscent humida. Quinetiam ferè minus in nuper mortuis adueni, quam in his à quorum sectione diutius temperalem. Is cui Bononiae cor uiuo eximi spectauimus, ac quam etiam in inuolucro continere videbatur: uerū id non admodum commode, utcunque etiā nos tragedie adiungemus, expédere licuit. Patau huius aquæ intuēdē cupidi, pulsans adhuc cor cū pulmone reliquisq; uisceribus illico atq; exemptum erat, in proximam pharmaco-polae officinam deferri curauimus, ac in inuolucro aquam nonnullam reperimus. Canes uiui caui-

*Quibus natis
de nervis inno-
luctum implo-
cerat.*

*Inuolucru u-
fus, & colu-
ditionis ratio-*

*Cuiusmodi a-
qua in inuolu-
cro obser-
uitur*

g:fig. pos.
lab. 5.

b VII fig.
2 fig. G. 1.

i Inferior L.
inter G. &
I.

1 fig. cas.
lab. 4.

cautelam inuolueri & cordis superficiem humectas habent, at in his nulla aqua obseruantur quantitas, ut sanè in mortuis quantumvis etiam exigui semper, perinde ac in porci occurrat quibus tantum in uia lectione aqua affluerat uidetur. Adeò ut de uiuotum aquanilis afflueret, uerum nullus penitus in illa contineret (ut hodie omnes ex spiritu in aqua post mortem conuerso, hanc in mortuis reperi contendentes affirmant) saluum esse noui. Quandoquidem (ut saepe ante monitum) membranae nullis partibus connatae, neque iniuciem haerentes perpetuo madide apparere, ut oculi palpebrarumq; interior superficies. Ad hunc quoq; modum ubi membrana cerebrum inuestientes mutuo infernuntur, & interna costas succingentis membranae, & peritonaei superficies, ac ecoris quoq; & intefinorum, reliquarumq; partium iniuciem tantum accumbentem, non uero connaturi superficies madorem semper commonstrat. Nunc autem cor in continuo uerans motu, nec dum uiuit animal unquam vel momentu quiete scens, calidissimum uiscus merito censem, cur minus non madorem duntaxat, ut reliqua omnia, sed & aquam à Natura ipsi priuatis ciudelis usus gratia largiti nancescunt: Precipue quum in humidioris temperie uiris ac mulieribus copiosiore aquam, quam in fricis calidissimis, quibus plures adesse spiritus costar, reperiamus: atq; à phrenide mortuo cerebri uentriculos fero humore nonnulli filii acriq; plenos obflueruimus. Nec hic me mouet, quod que unde hec aqua calidissima uisceris fundatur, interrogare possum: quam præter adipem, quo humanum cor in primis faciat, madorem in reliquis super commemoratis sedibus animadueneramus, & in aqua subter cutem specie, ab utero ænantiis dicta, tantam aquæ uim in peritonei amplitudine, & etiam in aquo rameo, & inter duuiniuentis in thoracis amplitudine affluerat indies discamus. Præterea tenuis tempore fuſipæ, ac in cruce, ut Gallus & Nostra stratus moris est, non procul à faburibus ad publicas vias relatu, paucis post sulfundum diebus, ac si uice aqua diftente essent, in mira molem intumelunt. Meminitemiam in diebus canicularibus una dic ocellis canes, quibus cutere dextraroram, & musculi alituos motum examinaveram, negligenter non abiectos fuſire, & casu in sole relictos, maximam seruare aqua uim in peritonei cauitate, & in thoracis amplitudine colligisse. Ceterum nugaci hac discepiatione relata, ad cor properum, ne tandem in theologorum questionem, qua de mysteriis plena Salvatoris nostri IESV CHRISTI aqua fandiſſime perfractam, incidamus: ac diu iohannis uerisſimum Euangelium, his nostris de loliſ cariore fulpenis uirationibus, & carnificis minimè misceamus.

DE CORDIS SITV ET FORMA

Caput IX.

S I T V M cordis in sua proportione ostendit ultima figura tertij libri: dein prima & secunda praesentis libri figura idem quoque ostendunt, quamvis in illis cor suo inuoluto & inextensus, ac inter membranas thoraci cavitatem interseptientes contineatur. Ac in prima quidem figura ad *L* spectatur, in secunda autem ad inferius *L* & *M*, *M*. Porro cordis forma ex quarta, quinta, & sexta figuris petere licet.

a 3 fig. C,D,
E,F,G.
b 4 fig. C,D.
6 fig. A,B.
c 4 fig. E,e
fig. C.



Cordisfigm
74.

d 6 figu D.
e 6 figu E.

$$f_{sh} f_{ul} \bar{f}_{us} f_{ls}$$

B.
24 fig. E.

fig.C

B 4 J. G. C.

16 fig E
16 fig G

16 fig. C

*Cordis superficie
ficies qualis.*

Cordis fīsus.

līx admodum dissectionis professores contendunt: his quidem id in sinistrum thoracis latus collocatum inuentibus, illis autem in medio, quod ad dextrum ac sinistrum attinet: alijs uero non ad hanc tantum positionis differentiam cor in medio esse placuit, uerū & secundum thoracis anteriora & posteriora, deinde superiora & inferiora, alijs rursus haec omnia quidem toti cordis molli, alijs autem duntaxat basi al scribentibus. Quod autem in praesentia thoracem omnes appellant^m quicquid costis & pectoris osse, & duodecim thoracis vertebris interclauditur, manifestum esse arbitror: quum alicuius si uniuersus corporis trucus cum Aristotele ipsius thorax appellaretur, plurimum in situ cordis enarrando aberrarent, quamvis alicuius ad ueram sit descriptionem non admodum accedant. Quandoquid bruis animalibus quibus pectoris os homine longius obtigit, non basis solū, sed & cordis propemodum mucro in medio, quod ad dextrum & sinistrum spectat, continetur. Deinceps secundum dorsi longitudinem basi uincior longe est primae thoracis uertebræ, quām mucro ipsi duodecima. In supermagis ab elatiōne pectoris ossis fede cordis basis remouetur, quām mucro à pectoris ossis ⁿ cartagine gladii modo in aciem cefante. adeo ut hac dimensione, quam in longitudine metitur, uniuersum cor medium sedem nullis animalibus exacte occupeat. Quod ad anteriora posteriora^o attinet, omnibus animalium cordis basis in medio eius thoracis fedis quam sibi uendicat, collatur. Mucro autem in anteriora magis exporrigitur, non tamen pariter omnibus. Ceterum hominis cor sua basi, que ipsius dignissima nobilissima pars, quum usorium origo sit, censetur: exacte, ut in reliquis animalibus, dextra & sinistra que ledis medium obmetat, atque quod ad anteriora posteriora que spectat, pariter se habeat, tūcum enim à pectoris distat osse, quantum à uertebrarum corporibus abscedit. In thoracis autem longitudine, quæ posteriori fede duo-decim constituitur uertebris, quintæ uertebræ corpus respicit, quæ ex tribus totius thoracis dorsi longitudinis partibus primæ humilior sedes & secundæ elatiōne existit. In anteriori uero thoracis fede, quæ pectoris ossis longitudine terminatur, ad amissum medium sedem exigit, tandem à iugulo remota, quantum ab ea ossis pectoris fede, cui septum infuritur. Atque hic tu-tissimus, & plurimum ab ijs quæ foris incidere queunt, remouens, basis locus est: a quo reliqui cordis corpus sensim in anteriora, & in sinistrum latus eous exporrigitur, ut mucronis posterior pars magis ad pectus atq; antrofum q̄ ipsum basis centrū uergat, & dextra quoq; mucronis pars in sinistrum magis ipso basis centro protensa, medium pectoris ossis in sinistrum excedat, ipsumq; mucronis centrum sextæ & septimæ costarum sinistri lateris cartilagines respiciat, proximè accedit: secus longe quām canibus & similijs, quibus cor magno interuallo à septo remouetur.

DE CORDIS SUBSTANTIA. Caput X.

C O R D I S substantia quoad fieri licuit, illis portissimum figuris delineatur, quæ id quo uis pacto disiectum referunt, ut sc̄ptima, et quatuor illi proxime sequentes.

Cordis caro.



R A E C I P V A cordis subflantia carne conflat, muscularum carne paulo minus rubra, uerum duritia, spissitudine, & fibrarum quo intertextur generere plurimum ab illa uariante. Cordis enim caro longe durior existit, & spissior, iniurij sc̄per ferendis pertinacior, & demum uario robustissimum fibrarū genere donata, quum interim unius muscularū sedis caro unicam feret specie, eamq; sparsim fatigis disseminatā duntaxat fortius. Porro species fibrarum, quæ cordis carne continentur (nō enim de membranarum uenæ caue & uenais arteriæ orificiorum fibris agimus) haud æquæ ac muscularorū conspicua est: quandoquidem nullum prorsus inuenias multulum, qui uel citra dissectionem ilico arque detectus est, fibrarum suarum differentiam non accuratè offendat: & adhuc multo accuratius, si uel crudus uel coctus unguibus, aut cultro disceperatur. at cordis quidem caro fibris compatisimis, & inter se plurimum differentibus oppletæ uisitatur: quæ uero carum situs differunt, sc̄pē sit ratio, cōscētura potius q̄ sectione aſſequimur. Quouis enim modo cordis carnem aut elixam aut crudam rectis uel obliquis uel tranuersis sectionibus aggrediaris, uel utcumque luber eandem unguibus dilaceres, uix unquam cordis notauit dignam portionem secundum unum

Cordis fibres.

a ſfig. N.
membrana
rē K., L.M.
G. ſfig. G.
G. membran
aria E.F.

unum fibrarum genus diuersi posse obseruabis, ac omnē carnis partem diuersis multiplicib⁹ usq^e (led potissimum transuerteris) fibris abundare asturess: non enim in corde, ut fanē in itomacho, uentriculo, intestinis, & ipso etiam utero, & ambabus uescis sectionis beneficio fibraū situm adiuuenire integrū est. Quanq̄ interīm triplex fibrarū genus à Natura ipsi largiū esse, nō possumus ire inficias, quum ob uariū & rarum quem in illo uidemus librarum implexum, & nullum simplicem carundem ductum: tum etiam propter manifestam ac uehementem cordis functionem, que fibrarum potissimum, ut statim dicitur fūmus, auxiliū perficiuntur. Ceterū & si ratio fortassis suaderet rectas fibras quibus attrahēdi facultas tribuiūr intimas, & deinde his obliquas, que in alijs organis naturali motu agentibus retentioni p̄cessē creditur, positas esē, & extimāt se transuerteras ac orbicularis, que expellere, obtinere, non tamen cordis fibris eum situm ascriberemus, quum sectio ipsiā triplex hoc fibrarum genus inuicem commisceari ostendat, & nunc rectas, nunc obliquas, nunc transuerteras, & rurī rectas & obliquas & transuerteras quodammodo commonestret, quasi tres priores differentiationes singulis uentriculis peculiares essent, posteriores uero toni cordi ambobus que uentriculis simul dedicarentur. Appello autem in corde rectas fibras, quas in eo perquam elata ex ipsius bafū ad mucronis usque ipsius centrum deduci, tam per cordis uentriculorum septum, quām reliqua sedē confiūcimus, transuerteras autem, que orbicularium cor uentriculosq; ambiunt, obliquas uero, que quidem orbiculariat cor uentriculosq; ambiunt, at oblique secundū cordis longitudinem procedunt. Sunq̄ hæc in duplice differentiatione. Aliquet etenim in dextro cordis latere bafū sumū uincinores, in sinistro ipsiū mucroni: alia autem in dextro latere mucronem magis respiciunt, in laeo basim. Atque his sanē fibris pro cordis mole, si eam scilicet ad musculum conservas, per quam numerosis, & carne has continentē amplexanteq; potissima cordis substantia constituitur, cui eadem cum muscularum uentrium substantia accedit compoſitio. Venim in muscularis fibre ne rumpentur, carnem undique habent circumpositam: sic & cordis fibre peculiares ipsis carne continentur, fulciunturq;. Que porrò per uniuersum cor fibrarū & carnis simul sit crastities, tunc demum opportunē explicabitur, ubi cordis uentriculus oratione complexi fuerimus. In preuentia autem sufficerit, carnis fibrarūq; cordis usum, quām adhuc ad cordis substantiam spectant, adiūcere: ac innuere, cor dis carnem in mucrone quām in basi spissiore solidiore remq; apparere. Non ob hoc profecte (ut Galenus arbitratitur) ne hic cor in suis contractionibus pectoris os accedēt facilius ledetur: uerū quod ea cordis pars tenuis sit, & quod ad eā fibrarū rectarū concursus perficitur, qui carnē mucronis, & si ab alia nō differat, compactiorē comonstrat, ad eū prorsus modū quo solidiorē carnem in musculari capite, aut tendine principio uidemus, quām in musculari uentri medio, ubi fibre nō adēd atque in illis locis compacta, ab inuicem magis dirimuntur. Carnis itaque cordis non posfremus usus cum muscularum carnis usu in fibrarum firmatione correspondet. Quod uero propriā peculiaři ipsius fētūndū iustitiam tempeste ad principias cordis functiones, que in sanguinis gratia pulmonis emulatio ne, & uitali spiritu conficiendo potissimum cōsistunt, opituletur, immo primarius harum functionum autor sit, ex aliorū uicerū substantia ratiocinatur. Ceterū cordis fibre alteri functioni subseruant, quā tantisper dum uiuit animal, & dilatatur & contrahitur, & aliquandiu in ter contractionem dilatationemq; quiete. Dein quemadmodum cordis fibre cum muscularum fibre nonnulla consequuntur communia, sic etiam ut & ille motu famulantur, sed prorsus diuerso. Muscularum enim motus arbitrarius est, cordis uero naturalis, ac absque latitudi ne incurabiliter rerum Opificis industria indecessus, arbitrioq; nostro minime subditus, nec ex cerebrī neruis, ut muscularum motus, illa ex parte dependens. Porro cordis dilatationem, que mucronis ipsius ad basi centrum est attractio, & omnium laterum cordis distensio, recte efficiunt fibre, mucronem uerū basim contrahentes. Quod sanē ita perficitur, ac si uiimineo circulo orbiculariat eademq; serie complurimas sūncorum leporum' uerū radices connecteret, & capitibus illorum simul collectis, uelut pyramidem quandam efformaret, ac demum funiculum ex mucronis medio per circuli centrum dimitteret, quo deorum traecto, pyramis breuior, intusq; multo capacior redderetur. Hinc siquidem cordis dilatationem condiscere quām optimē liceret: quippe uimēn quodammodo cordis basi responderet, iuncorum autem collectione cordis mucroni: deinde iuncī ipsi & funiculis ille rectis fibris congruerent, iuncī quidem illis responderet fibris, quin cordis lateribus & anterius et posteriorū consistunt: funiculus autem illis illis conferret fibris, quae in cordis carneo^b septo inter duos finū posito frequentissimē habentur, quanquam quod omnino modam cum rectarum fibrarum motu similitudinem obtinet, nihil configere possimus. Tranuerterarum autem seu circularium fibrarum actionem ad aquilid referre, est quam facilimum. hæ enim cordis contractioni imprimis præsunt, que mucronis

*Carnis corae
disūs.*

Fibrarū uisa.

crinis cordis à basi est discensus, & quædam cordis productio, quæ illæ moluntur fibræ, quoties laxatis rectis impensis arctantur colligunturq; haud secus quam si prius contrâctum in pyramidie illa funiculum iam laxes, ac manibus aut alio circulo in medio pyramidis iuncos introrsum comprimas, ita q; illius cauitatem minus, & interim tamen proceriorē reddas. Nunc ue
rò quæ obliquæ fibrae quieti præstent, hoc est aliquanti per, prout cordis functionibus ex ufo censetur, simul cum alijs fibris ad contentas materias undique quæ se contrahant, imaginari nō est arduum: præcipue si diuersos cordis pulsus in uiuo animali examinaueris. Quod fanè factu
rus es iucundissime ea administratione, quam septimi libri calcii (uel huius tantum rei gratia) subijciam: in qua non haec modò, utrumq; alia pleraque spectanda proponentur. Nunc autem ad fibras reuerteri, eas non motuum cordis duntaxat opifices esse arbitrabimur, uerū reuicias ad attractionem, ad expulsionem orbicularis, ad retensionem uero obliquas conducere etiam no
bis perfusum erit.

*Cordis subfusæ
tis peculiares
uene & arteriæ
tricæ.*

*Nervulus
cordis*

*Tunica cor
dis subfusæ
obnata.*

Cordis adeps.

Cæterum præter cordis carnem & fibras propriæ ipsius⁶ uena illius substantiam enutritur, & arteria innatum fure substantiae calorem fuentes, huc etiam enume
rande uenient: ipsa uidelicet coronalis uena, & duas coronales arterias per cordis substantiam quasi muculorum uasa distribuit. Quis uero uena arteriarum⁷ que coronarium sit ortus fe
riesq; in tertio libro abundè complexi sumus. Quare cordis⁸ nervulo seruoni quoque addito,
ad cordis tunicam est accedendum: ac eum quidem neruolum in quarto libro à sinistro sexti pa
ris cerebri⁹ uero deprimi retulimus, quando ab illo, ubi sinistræ lateris recurrentem neruum
confinit, sibolem deruari diximus, que cordis in uolubilis penetrans, & sinistro¹⁰ uena
arterialis lateri posteriori q; sedi exporrecta, in cordis basim (oppido quâm obscurè) pertinet.
Verum cordis tunica illi membrana prorasa correspontet, que muscularum uenitibus peri
naciter obnacitur, tenuissima nimurum membranula que à muscularum substantia diuclini ne
quit. Et si modi nancque cordis extime superficie obducitur, cui in hominibus præcipue ad ba
sin durioris adipis copia obnacitur: aliquando & per reliquam cordis superficiem ad mucro
num usque, ac id semper imprimis secundum¹¹ uenarum & arteriarum per cordis corpus digre
sum, illi enim copiosior adipis portio (ut in "omento & membranis thoraci intercipientibus
accidere conspicimus) attenditur. Integrum effet & ad cordis substantiæ referre¹² tres membra
nas uenæ cause, &¹³ duas arteriæ orificio præfectas, dicinde &¹⁴ auriculas, & quatuor ip
sius præter id circumvolentes uenas arteriasq; uasa, nisi nunc tempesiūs fore, singula feo
rum priuatis Capitibus recensere. Paro quoq; ratione & cordis¹⁵ os huc spectare uideretur, nisi
& id in primo libro prolrixius effessum persequenti.

DE CORDIS SINIBVS, SEV VEN triculis. Caput XI.

*SEPTIMA figura & octaua dextrorum cordis uentriculum apertum proponunt, no
na uero & decima fornicatum. undecima autem cor tranferuntur in discessum oculis subijcens, uentri
culorum cordis naturæ ostendende plurimum iuvat.*



*Ventriculorum
numeros & fi
sus.*

*Forma dex
tri*

*Forma se
niori.*

*Forma se
niiori.*

V'ONAM pacto cordis uentriculi hominibus, ac proinde & reliquis ani
malibus pulmonem habentibus conseruentur, quoq; constent numero,
nunc subiungam, sermonem à Galeni cum Aristotele in illorum numero
discepcionate omnino cohibitus. Humanum itaque cor iustus duas insi
gniter amplas obtinet cauitates, secundum cordis latera fitas: unde etiam
unum uentriculum sinuum uerò dextrum,¹⁶ alterum sinistrum merito nuncu
pamus. Horum dexter sinistræ amplitudinem uincit, ambo que inuicem
forma plurimum uariant. Dexter namque magis deorum ad cordis¹⁷ mucronem ipso sinistro
descendens,¹⁸ cauitatem infor crescentis lunæ paratam adipicitur: quandoquidem dextra ip
sius latere, anteriori & posteriori sedi infor interioris semicirculi, aut ita extructa camerate
fedis concava est, exteriori cordis in his regionibus superfici, que gibba est, respondens in for
nitro autem latere externæ fornicis aut femicir culi fedis ritu (ut sic dicam) gibba cernitur, pro
pter cordis uentriculorum¹⁹ septum senioribz modo dextra ipsius superficie in dexteri uentri
cu amplitudinem protruberant. Atque hanc formam dexter cordis uentriculus à basi ad mu
cronem usque feruat, simul cum cordis effigie ex latiori bafi angustior redditus. Sinister uen
triculus amplius etiam basi incepit, sensimq; in arcum uerius cordis mucronem definit, cauitatem
inforconi, quod ad totam superficiem spectat, orbicularem obtinens. Cordis nanque uen
triculorum²⁰ septum²¹ sinistro ipsius latere, quo sinistroru uentriculi dextrum latus efformat, concav
um,

b s. H. H.
19 f. M.
19 f. Q. Q.
17 f. Q. R.
1 hoc è m
17 f. f. f.
18 f. f. f.
19 f. f. f.
19 f. f. f.
m Hoc illis
figuris ob-
serua et quia
ut uenit
callofici-
tur.

uum, non uerò ut dextro latere gibbum extuberans sit, & parem crassitudinem naturam cum cordis substantia finistrum latus & anteriorem posteriorem finistrum uentriculi sedes consituente exigit: ita prorsus se habet, quasi finistrum uentriculi potissimum gratia cor constitueretur, ac ut dexter uentriculus herc tenuis quedam cordis substantia dextra septi lateri adnaturatur, 'Vniuersa namq cordis substantia, prater uentricularum septum, dextra uentriculi amplitudinem constituentis, tenuis admodum est: quae autem finistrum uentriculum orbiculatum ambit efformat, dextra uentriculi substantiam multis numeris crassit superat, & undiq eque crassa uisit, præterquam in ipsa bafi, ubi uaforum illinc prodeuntium delibescuntur gratia, cordis carnea substantia tanta amplitudine deficit, quanta orificiorum est amplitudo. Vtriusque uentriculi superficies perquam inaequalis est, & multis quasi foueis in carneam substantiam penitus imprellis obstita. Nec iste ad latera tantum, & si feceris omnibus dissectionum proceribus usum sit, consilium, ubi dexter uentriculus finistrum respicit: uerum per uniuersam positis uentricularum superficiem, non solum in nuper orificiis animantibus, sed perpetuo, tan tisper dum cor ipsum seruire uolueris, apparentes, neque unquam tel in excitato corde connuenies. Deinde præter hanc in equalitate, que in finistro uentriculo nominata insignior est, ambo carneas quadam explantatione proceffus ut intus exigunt, qui teretes sunt, & graciles, & in fibras membranaceas celfant, humiliori sedi membranae in ipsis finibus positaru continuas. Cernuntur autem carni hi proceffus potissimum ad uentricularum mucronem, humiliorem uero fedis, quos ad fibrarum quas continent robur facere ostendam: quum secundo ab hoc Capite membranarum cordis naturam perficuar. Vtriculorum igitur lepnum crassissimum, ut dictum, 9 f. E. xi, cordis substantia efformatum, utrinque foueis ipsi imprellis faciat, hac imprimis occasione in ea supericie quia uentriculos respectivum donata. Ex his foueis nullae (quod sensu late comprehensum) dicitur ex dextro uentriculo in finistrum penetrant, adeo fanè ut rerum Opificis industria mirari cogamur, qua per meatus usum fugientes ex dextro uentriculo in finistrum sanguis refudat. Prater haec tenus commemoratio, in utrisque duo habentur orificia, & totidem uasa in eminentio re uentricularum sedis, in cordis nimis basi consistenta: & substantia, quum unu quidem uenosum, alteru autem arteriosum sit, differentia. Deinde ambobus uentriculis membranae quendam in finistro, quas uaforum orificiis paulo post prefigi commemorabimus: ad in dextro quidem uentriculo tres habentur, uenae caue specieantur: in finistro autem due, uenalis arteria origini connata, ad eam ut & hinc uentriculus quendam exurgat differentia, quemadmodum etiam & ipsius uisu, & quam continent materia inter se differunt. Porro usum illorum una cum cordis usorum & orificiorum & membranarum & autium usu priuato Capite merito pertrafibimus, quod haec simili omnia cordis functionibus famulentur: quas, nisi enarratarum iam partium constructione prius descripta, recensere absursum foret.

Vtriculorum
superficie
caue.

n 7 f. O.
O 9 f. H.
H 10 f. N.
N 0 f. N. 9
9 f. G. G.
G 7 f. M.
M 8 f. E.
F
g 9 f. H.J.
g 9 f. K. o
f 9 f. L.
f 9 f. L.
C 9 f. L.
C 9 f. L.
in dextro
in finistro
f 9 f. E.
g 9 f. K.
t 4 f. I.K.

supericie quia uentriculos respectivum donata. Ex his foueis nullae (quod sensu late comprehensum) dicitur ex dextro uentriculo in finistrum penetrant, adeo fanè ut rerum Opificis industria mirari cogamur, qua per meatus usum fugientes ex dextro uentriculo in finistrum sanguis refudat. Prater haec tenus commemoratio, in utrisque duo habentur orificia, & totidem uasa in eminentio re uentricularum sedis, in cordis nimis basi consistenta: & substantia, quum unu quidem uenosum, alteru autem arteriosum sit, differentia. Deinde ambobus uentriculis membranae quendam in finistro, quas uaforum orificiis paulo post prefigi commemorabimus: ad in dextro quidem uentriculo tres habentur, uenae caue specieantur: in finistro autem due, uenalis arteria origini connata, ad eam ut & hinc uentriculus quendam exurgat differentia, quemadmodum etiam & ipsius uisu, & quam continent materia inter se differunt. Porro usum illorum una cum cordis usorum & orificiorum & membranarum & autium usu priuato Capite merito pertrafibimus, quod haec simili omnia cordis functionibus famulentur: quas, nisi enarratarum iam partium constructione prius descripta, recensere absursum foret.

DE CORDIS VASIS, ET EORVN-

dem orificijs. Caput XI.

CORDIS usus corundemque orificijs spectandis faciunt figurae: ac quinta quidem principiæ uenae cauae proponit ad characteres C,D,E. Sexta autem uenam arteriam Insignitam, & arteriam uenalem G notatam, & magnam arteriam O indicatam. Ceterum sepius causa uenae proponit orificium ad C,C,C,O&auta arterialis uena ad C,D. Nonna arterialis ad C,C. Decima magna arteriae ad A.

a 7 f. fig.
cap. 6 lib. 3
fin. autem 5
fi. C,D,E.



VPERIORI Capite, quo duos cordis uentriculos complectebamus, quatuor cordis uasa & totidem orificia esse, obster innuebanus. Ac in uaforum quidem numero sunt uena caue, uena arterialis, arteria uenalis, & magna arteria, qua omnia singulis ad cordis uentriculos spectantibus dominant foraminibus. Vena caua ad dextrum cordis latus dextrumque uentriculum refert: num uero ab illo in hominibus originem ducat, non ad modum contentiose frustulis quibusdam autorum suffragis innitens, agrediendum duxi, quum sectione (utrationes subiectam) in natu hominibus nihil aliud quam caue ortum à corde pendere (non secus a decurionum trium uaforum) queam colligere. Atque idem de scieribus, quoad haec tenus illorum sectioni incubui, fati cogor: non interim Galeni sententia passim mihi reclamantis ignoratus. Quae enim is de uenae caue principio in sexto de Hippocratis & Platonis dogmatibus contra Aristotelis placitum adducit, omnia in illum (si mo-

Cordis usus
quidem & que.

Vena caue.

D d

dō id quis proposuisset) retorquere est quād facillimum. Nisi forte cum Galeno illi conueniret, quod secundū sanguificationis officinam esse haud falso enunciaverit, quanquam etiā Achillem illum arterie uenola principium deturbaret. Ex dextro itaq; latere basis dextri uentriculi ad hunc miliorē eiusdem basis fedem, uena caua³ ample patentiū admodum orificio exoritur, ac illico ab exorru (qui totius ueng capacitatem amplitudine multum superat, ac uelut extuberas ad cordis subfasciatū terminos, "circulus uisit") sursum ad iugulum, & deorsum uerius septum⁴ contendit: neque, ut quispiam forte arbitraretur, uena caua unico ad hunc modum enata primcipio, in duos trunco magnae arteriae⁵ modo dirimir, sed dextro basis cordis lateri in�rare. Etī paliat attenditur, ac suo ueluti finistro diuinxat latere uena ex dextro uentriculo enascerit, ac facile citra aliam diuisionem (quod interīm arterie magna ex cordis basis centro quadammodo prodeunt negatum est) cordis inuolucrum permeans, sursum deorsumque prospicit. Neque profecto alia caue exortus, aut si maius cum Galeno dicere, infectionis est species, quād originis triū reliquorum uasorum cordis uentriculos speciantur. Ceterum quoniam pacto toti anteriori caue exortus sedī secundū illius longitudinem⁶ dextra cordis auris adnatur, in eo quod statim de cordis auribus subnexari sumus Capite, audies. Vena igitur caua primum cordis uas censibus, & ipsius ortus similiter primi orificij loco opportunit̄ habetur.

Vena arterialis etiam dextro cordis uentriculo ascribitur, est que ea uena, quam quidem quād sanguinem in pulmonem deferat, uenae que profluis uicem gerat, Vena; quam quidem quād sanguinem in pulmonem deferat, uenae que profluis uicem gerat, Vena;

quād uero arterie corpus nascuntur, Arterialem appellari anteā diximus. Hac multo minor quād caua⁷ orificio ex dextri uentriculi basis elatissima parte iuxta dextrum latus uentilorum⁸ septi enascerit, & magna⁹ innitens arteria, finistrorumque nonnulli suo caudice indinans, ac cordis inuolucrum permeans, tandem in¹⁰ duos trunco difficiuntur, quorum dexter ad finistrum latus caudice magna arteria, posterioremque eius caudice sedem reflexus, in¹¹ dextros pulmonis lobos digerit, finister uero in finistris. Porro¹² uenalis arteria, quam in tertio libro pariter cum arteriali uena perlequisti sumus, atque etiam ab uero quād aērem continet deducit uero. Arteriam: à substantia autem, quād uenarum corpori respondet, Venam nūcupari retulimus: inter finistrum cordis uentriculi uafa connumeratur, ac ut uenarum corpus adspicitur, ita quoque ex moliori finistrum uentriculi fede (ut caua ex dextri) principium ducit. Ex finistro enim finistrum uentriculi laterē ad eisdem uentriculi demissori partem pari penitus modo ut caua, uenalis arteria¹³ patentia admodum orbiculari que orificio enascerit, ac statim ab ortu, aut in ipso ortu, in¹⁴ duos trunco deriuatur, quorum dexter sub cordis basi productus, ac cordis inuolucrum penetrans, in dextram pulmonis sedem dispergitur, finistro interīm in finistram pulmonis partem exprorecto. Ceterum hæc uenalis arteria in primos trunco distributio, adeo illius origini uicina est, ut hoc nomine nonnulli dissectionis professores eius in corde orificium multiplicauerint, ac id geminantes quinque quatuor cordis uasorum orificia enumerauerint. Et rursum fortassis pari ratione uenae caue attentes, ipsius quoque orificium geminarunt: quum in ipsa etiam origine¹⁵ hæc sursum deorsumque properat. Huiusmodi enim quid Herophilus contra Galeni Erasistrati que sententiam ex septimo de Administrandis sectionibus libro innuuisse colligitur. Porro nos quatuor cordis uasorum, quatuor tantum orificia, utre uera sunt, enumerabimus. Quo autem pacto uenalis arteria exortu in anteriori quoque ipsius regione¹⁶ leua cordis auricula adnatur, secundo ab hoc Capite explicabimus. Quantum uas, quod adhuc enarratione deest, quartumque cordis constitutū orificium, magna conseruit arteria, pari ratione ex finistro uentriculi, qua arterialis uena ex dextro, principium ducens. Ex dextro enim elatissimā finistrum uentriculi sedes latere, & ex cordis basi ueluti centro arteria magna enascerit, aliquousque recta¹⁷ sursum sub uenae arterialis caudice tantisper prorepens, donec cordis inuolucrum permeans, in duos trunco difficiuntur, quorum unus corporis superiora, alter inferiora petat. Atque ita profecto durorum crañorumque ualorum, ipsius nimurum arterialis uena, ac arteria magna principia adeo respondent, ut finistrum arterialis uena latus dextro arterie magna lateri in ipsa origine adnatum sit, ambo que uasa hic ex eminentissima cordis uentricularum septi sede commune principium radicemque possident, quod eosque qui busdam animalibus indurescit, utrid Galenus reuera et se affirmet. Ceterum hæc in finistro cordis uentriculi ad septi eminentissimam sedem ascensus post dextram orificij uenalis arteria membranam inter difficandum latens confundens que Aristotelei imposuit, ut inibi tertium cordis uentriculum constituerit, illum arterie magna principium esse recensens. cap. 4: quod sanè multo minus incusandum uenit, quād quod uentricularum cordis numerum pro animalium mole uariare scriperit. At quemadmodum Galenus in huiusmodi leuibus & obliteris

IN presenti figura a tota cerebri parte supra sectionem consistente, quam orbiculatum ferrum in calvaria molimur, ut rangere cerebri membranam, tenuem nimtrum et duram aulifimus, ac durae membrane portionem, dextram cerebri partem a sinistra dirimentem, atque in secunda figura adhuc in sua sede scrutata, ab oculo diuisum septo, quo oderatus organorum sinus distinguatur, atque hanc partem, ut ipsius effigies in conspicuus uenire, super sinistram cerebri sedem explicata reliquimus, dextra et sinistra cerebri partibus adeo ab iniunctu manu beneficio diremptis, ut calloso corporis superior sedes eleganter se hic spectandam offerat.

Ee 4 Dextra

- A, A, A Dextra cerebri pars. B, B, B Sinistra cerebri pars.
 C, C &c. Hic postim cerebri convolutiones, gyri & anfractus indicantur.
 D, D, D Durae cerebri membranae portio, dextram cerebri partem & sinistram intercedens, hic ex sua sede super sinistrum cerebri partem producita.
 E, E, E Quando primum dextram cerebri partem a sinistra inter dissecandum diducere contendimus, tunc manus ope ea usia effringuntur, que extertio duræ membrane sinus in tenuem membranam utrobique pertinet, ac proinde quoniam in huius figurae administratione id quoque nobis faciem dum fuerit, effracta corum usorum initia hic oculis subjiciuntur.
 F Ductus uene modo in humiliorem sedem duræ membrane partis excurrens, que dextra cerebri parte a sinistra distinguitur, atque hic ductus a quarto duræ membrane sinus anteriori sede enascit.
 G, G, G Ductus ita ante Insignitè pagines in eadè duræ membrane parte sursum aliquoq[ue] excurrens.
 H, H, H Surculi ab humiliori angulo tertij duræ membrane sinus propagati, in duræ membrane partem, qua dextra cerebri pars a sinistra derimitur.
 I, I Principis sunt ductus, qui à quarto duræ membrane sinus uenari prorsus modo in tenuem cerebri membranam secundum superiorem callosi corporis regionem perferuntur, atque hic una cum tenui membrana australi sunt.
 K Initium uasis a quarti sinus duræ membrane termino pronatis, atque sub eo cerebri corpore quod testudini seu camere instar arcus constructæ assimilamus, in tertii cerebri ventriculu, & debinc ad plexus constitutionem excurrens, quem secundis seu extimo fœtus in uolucro comparamus.
 L, L Cerebri callosum corpus.
 M, M Sinus utrinque ad callosi corporis latera in cerebro confitui, quos hic aliter quam modo præstitionis, exprimere nequimus, quoniam angusti sunt, & angustiores rimas plurimum referant.
 N Portio duræ membrane partis, dextram cerebri sedem a sinistram interuenientis, ac superiorius aliquot insignitè, que septo conformat, oculatus organorum sinus dirimenti, ac oculauit pectus ossis processat.
 O, O Tenuis membrane portio a cerebro diuisa. P, P Duræ cerebri membranae portio.

QVARTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



QVAR.

IN quarta figura omnes duræ tenuisq; membranarū partes resecuimus, que in prioribus figuris occurserunt, ac deinceps dextrā sinistrāq; cerebri portionē sectionis serie ita ademimus, ut iam cerebri ventriculi in conspectū uentre incipiāt. Primum namq; secundum dextrū callosum corporis latus, ubi sinus altero M in tercia figura notatus cōsistit, longā duximus sectionē, que per dextrū cerebri ventriculū ducta, dextræ cerebri partis can portionē absulit, que supra sectionē nō habebatur, qua orbiculari calvaria ferrā diuisimur. Atq; quum idem quoque in sinistro latere absoluimus, hic ad sinistrū latus sinistrā cerebri partē ita reponuiimus, ut superiorē sinistrā latri ventriculī sedem aliqua ex parte cōmonstraret, calloso interim corpore in capite adhuc seruato.

A, A, A Cerebri adhuc in calvaria relicta pars dextra. **B, B, B** Pars sinistra.

C, C, C Portio cerebri sinistra, que sectionis serie à reliquo cerebro ablata, hic resupina facet.

D, D, D Linea partim cerebri anfractus, et partim uariū cerebri substatiæ colorē cōmonstrantes, quicquid enim extra lineas confitit, quasi lutei & subcinericium magis est: quicquid intra, ad a-

E, F mussim album uisitare. quemadmodum **E** & **F** in dextra & sinistra cerebri parte luteum est: **G** uero & **H** album prossus, & interdum rubris punctis intersinatum.

I, I Callosum corpus utring d cerebri substancia, cui aliqui continuatur, liberum.

K, K Callosum corporis portuncula, adhuc sinistrā cerebri parti qua adempta est, continua.

L, L Dexter cerebri ventriculus.

M, M Sinistrā cerebri ventriculus.

N, N Sinistrā ventriculi superioris sedis portio.

O, O Plexus cerebri ab imagine quā cum extimo fœtus in uulnro similem exigit, regredit nuncupatus.

P, P Araneum modo graciles uenæ dextri & sinistri ventriculī substatiæ hoc in loco connatæ, ac ab illis diductæ usitæ, que nuper commemoratū, & secundis nō absimilem plexum extruunt.

Q Venule à nuper quoq; cōmemoratis usitæ in tenuē cerebri membranā sub calloso corporis anteriori sed huc excurrentes, & incerta serie (quemadmodum & P notata) inter se resecandum se offrentes.

Q VINTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



PRAESENS figura quod ad relictam in calvaria cerebri portionē attinet, nulla ex parte uariat: atq; id foliū habet proprium, quod callosum corpus hic anteriori usq; de à cerebro primū liberauit, ac deinceps levatum in posteriore reflexum, septum dextri ac sinistri ventriculorum diuellentes, & corporis instar testudinis extremitati superiori superficiem ob oculos ponentes.

A, A, A Itaq; & **B, B,**
ad Q **B**, ac deinceps **D, D, D, & E**
& **F, & G & H** eadem
hic indicant, quae in quarta figura. Sic quoque & **L, L, & M, M, & O & P & Q**
eadem insinuant.

R, R Notatur inferior callosum corporis superficies, est enim id à sua sede motum, atque in posteriore reflexum.

S, T, V Supe-

S, T, V Superior corporis instar fornici scute testudinis extructi superficies, & ueluti ipsius triangulis circumscripito, quam ab *S* ad *T*, & ad *V*, & ab *V* ad *T* metitur.

X, X Dextrum uentriculu et sinistrum intercedit septum inferior pars, corporis testudinē referēti cōtinua.

Y, Y Septum iam commemorati superior pars, calloso corpori continua. Hoc namq[ue] septū nō secus atq[ue] modo diffractū est, depingi licet. & alia quoq[ue] parata fuit figura, in qua duæ manus uti inter secundum facere conseruit, callosum corpus nondū in anteriori ipsius sece liberatum, modicē at tollebant, quo speculum seu septum adhuc integrum oculis subiectetur. Verū quā nō adēt cōtinēre in pictura atq[ue] in ipsa sectione succedit, eam figuram ne frustra paginā obliteraret, reieci.

SEXTA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



H[oc] ē C figura quod ad cerebri portionem in caluaria relicta sp[ec]tac, etiam quartae correspondet, atq[ue] quinta in hoc differt, quod corpus testudinis modo fabricatum anteriori sua sede à cerebri substantia libera uerimus, id sursum in posteriora reflectētes, ut inferior ipsius superficies in conspectu ueniret, & uas illud etiam cerebrē, quod à quarto duræ membrana sum pronatū, sub corpore testudinis modo extremitate fertur, & plexum tandem nō minime partem constituit, quos secundarū imaginē uete-

res assimilarunt. Huius autem figuræ characteres ita ut sequitur, s[ed] habent.

A, A Corpus testudinis modo exstructum hic inferiori ipsius superficie, qua tertij uentriculi superiori constitutum sedem, conspicuum.

B, B Portio corporis instar testudinis efformata in dextro uentriculo, & cerebri substantia hic principium ducens.

C Portio corporis testudinē forma & usus referentis, quæ ex sinistro cerebri uentriculo pronaſcit.

D, D Dexter cerebri uentriculus. *E, E* Cerebri sinist[er] uentriculus.

F Arteria per inferiorem posterioremq[ue] dextri uentriculi sedem à dextra soporalis arterie ramo duram cerebri membranam perforante, buc in dextrum uentriculum consendens.

G Arteria in sinistrum cerebri condensans uentriculum.

H *V* as à quarto duræ cerebri membrana sum principiū ducens, ac sub corpore instar testudinis efformato, in communē dextri & sinistri uentricularū cavitatē, s[ed] tertii uentriculū properans.

I *V* as *H* insigniti in duas portiones duciſſo.

K *V* as *H* insigniti diuſſonis altera portio, dextrum cerebri petens uentriculum.

L Portio nuper commemorati uas, sinistrum accedens cerebri uentriculum.

M Plexus dextri uentriculi à secundinarum imagine comparatus, atq[ue] ab arteria *F* insignita, & uas *H* indicati portione, quam *K* non auimus, constitutus.

N Plexus sinistrum cerebri uentriculum occupans, ac ex uas *G* & *L* insinuatis conflatus.

O, O Huius,

DE HVMANI CORPORIS FABRICA LIBER VII. 611

O, O *H*utus modi uenulae cerebri substantiae hic obnoscuntur, ab illis productae usq[ue] K & L notauimus.

P *A*uenis que cerebri substantiae hic offeruntur, ramusculi extra ventriculorum amplitudinem h[ab]ent ad tenuem cerebri membranam pertinere.

Q *M*eatus ex comuni concavitate dextri ac sinistri ventriculorum, seu a tertio cerebri ventriculo recta declivis pertinet versus pelvum, que cerebri pituitam excipiens, eam infundibuli modo ad glandem defert, etius infundibuli extremitate subditam.

R, S *C*anales sinus ueleuteri in ventriculorum substantia exsculpti, & pituitam ad meatus nuper Q insigniti orificium deducentes.

SEPTIMA SEPTIMI LIBRI
FIGVRÆ.



SEPTIMAE FIGVRAE, EIVS DEM' QVE CHARA
terum Index.

P *R*ÆSEN S figura à tribus proximè præcedentibus plurimum narrat. nam cerebri substantia in illis relicitæ, ea pars in hac ablata cernitur, que dextri sinus triplex ventriculorum sed et in illis figuris conspicuum efformabat. deinceps tota ea que cerebello adduc innubatur, hic quoque recessu, ut duræ membrane conficeretur portio cerebelli ac cerebrum intercedeant. Infusus duræ membrane sinus in illa consisterent ductus cultelli anterioris mucrone sectionibus, hic etiam aperimus, & usq[ue] a quarto sinus duræ membrane in cerebri ventriculos pertinet, hic ex tertio cerebri ventriculo sublevatus, & a plexibus secundinae familiibus australi, in posteriora refleximus,

ut tertij cerebri uentriculi, seu communis dextri sinistrique uentricularum concavitatis sedes in conplexum melius ueniret, una cum eius cavitatis meatus.

A, A Cerebri substantiae adduc in caluaria reliqua dextra pars.

B, B Cerebri substantiae adduc in caluaria afferuante sinistra pars.

C, C, C Linea hic postea conficiens illis correspondet, quas tres modo praecedentes figurae similiter eis monstrarunt. Verum quia huiusmodi linea substantiae cerebri diuersitas, inibi dicitur, et conseruant ubi cerebrum tenui membrau incius est, praecedentes figurae eas solu in lateribus ostendunt. Hac autem quam hic tanta cerebri portio ablata sit, ut tam apparet superficies in basi non procul a tenui membrana distet, etiam linea in basi percurrentur. Quod itaque lineis hic intercepitur, fulvam seu subpallidam cerebri notat substantiam: quemadmodum sedes D, D, D insignitae. Quod uero extra lineas consitit, alba est prorsusque candicans cerebri substantia, hic E, E, E. E, E, E insignita.

F Portio est soperoralis arterie secundum humiliorem angustiorque dextra uentriculi sedem sursum ad plexus secundas imitantis constitutionem proropens. Ceterum si perpendis quia nam sed hic F reponatur, et quia nam in sexta figura, prompte expendes, quia dexter cerebri uentriculus, quemadmodum et sinistri, ex posteriori sua fide inflat cornu arteriatum, deorsum in anteriori per cerebri substantiam ducatur. Hic namque ubi plus cerebri substantiae quam in sexta figura absimilis, praesens arteria portio F notata anterius magis uergit, quam F in sexta eadem quo que notans arterie portionem, ubi tamen posteriori uentriculi sedem conseruat. Atque id F et G subsequentis figurae magis liquidò ostendunt, in qua huius uentriculi ductus nomine, adduc plus cerebri substantiae, quam in hac que ordine scripta est, absituli.

G Arterie soperoralis portio secundum humiliorem posterioremque sinistri uentriculi sedem sursum, quemadmodum arteria F insignita, prorrops.

H Humillima sedes tertij uentriculi: quam ut optius cerneretur, non nihil distentam fiximus.

I Meatus rectus declivis ex tertio cerebri uentriculo pertinens, cerebrique pituitam ad peluitum huic excipiente paratam deferens.

K Meatus ex tertio cerebri uentriculo inter cerebri testes natesque, in cavitatem cerebelli et dor salis medullae communem pertinens.

L Glandula nuci pinei non absimilis, et usorum ex quarto sinus dure membranae cerebrum petentium fulcrum.

M, N Hanc cerebri partem testes et nates quoque cerebri appellauimus, hic adduc temu membra na obteclitas.

O, O, etc. Durae cerebri membrana processus portio ue, inter cerebellum et cerebrum reposita. Qui hanc accedunt inflat uenarum ductus, partim a primo secundoque durae membranae sinus, partim uero a quarto pronunciantur.

P, P Durae cerebri membranae dexter seu primus sinus.

Q, Q Durae cerebri membranae sinistri seu secundus sinus.

R Primi et secundi durae membranae sinuum congressus, quem Græcorum nonnulli nomen, quod est torcular appellant.

S Principium tertij durae membranae sinus.

T Quartus durae membranae sinus, similiter atque alij hic ad apertus.

V Dux a quarto sinus durae membranae in cerebri uentriculos porrectum, hic autem in posteriori ex sua fide reflexum.

X, X Hac sede cerebellum dura cerebri membrana non obteclum ostenditur.

Y Ductus uenarum modo a quarto durae cerebri membranae sinus in tenuem membranam pertinet, quia cerebellum ipsique cerebri testes induuntur.

Z, Z Durae membranae sedes, qua os omniu totius corporis osium durissimo, et auditus organum intus continenti adnascitur. Hanc namque caluaria regionem cerebro deteximus.



OCTAVAE FIGVRAE, EIVSDEM' QVE CHARA
 Cterum Index.

PRÆSENS figura à septima in hoc uariat, quod hic adhuc cerebri plus resecuerit mus, & testes longa sectione in hoc diuferimus, ut meatus occurret ex tertio uentriculo in quartum pertinens. Ad hæc, duræ membrane portio cerebello obducta, hic dissecata, atque in posteriora reflexa cernitur. Quam itaque præsens figura pleraque cum septima habeat communis, in hac idem A, & BB, & CC, & DD, & EE, & F & G & H, quod in ad H. septima, indicabit. Verum arterie F & Ginsignatæ, tanto magis hic quam in septima antror sum uergunt, quanto magis cerebrum uerius basin in septima quam in sexta ablatum est.

I Meatus in sexta etiam figura Innotatus, qui rectè declivis fertur, atque cerebri pituitam ad pel uim defert.

K Meatus pituitæ deducendæ paratus, qui interdum ab illo dedicitur meatu qui ex tertio uentri culo inter testes in quartum uentriculum pertinet.

L Ne L in umbra prouersus lataret, aut si suo ponetur loco, & eius nomine quo in confectu est, et umbra ueniret exculpanda, itaque delineatio hic omnino utianda, L ad anteriorem cerebelli partem reposu, foramen meatumq; notatur, qui ex tertio uentriculo cerebri in quartum fertur. Quod foramen si L in illo locaretur, exprimi neutrum potuisset.


M Glandulam hic adhuc reliquimus, que pinea nucis formam ostendens, uia fororum ex quarto duræ membranae sanguini in cerebri uentriculos pertinentium fulcrum efficitur.

N, O, P, Q Quatuor his characteribus corpus idindicatur, quod ante sectionem unicum est, atque in septima figura M & N insignitur. hic uero ex sectionis serie diuisum occurrit. ac N & O eius corporis sedes indicant, quibus testium nomen accommodatur. P uero & Q, illas quas nates feru nuncupamus.

Ff Cere-

- R, R, R* Cerebellum tenui adhuc obductum membrana.
S, S, etc. Vasa uenarum modo tenuem cerebelli membranam implicantia.
T, T Propagines usorum tenuem cerebelli membranam implicantium, ad eas producta arterias, que secundum dexterū & sinistri cerebri ventriculorū posteriora sursum cōcendent plexus s̄t formatur, quos extimo fœtus involucro dissectionis processus contulerunt.
V, V Durae membrane portio, que superiore cerebelli edem a cerebro dirimebat.
X, X Propagines notantur a nasis, dictam nuper duræ membrane portionē implicantibus, in tenuem membranam qua cerebellum vescitur excurrentes.
Z, Z Idem bīc *Z* & *Z* notant, atque in septima figurā, duram uidelicet cerebri membranam offit adnatam, in quod auditus organum reponitur.

NONA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.

NONAE FIGVRÆ, EIVSDEMQUE CHARA-
CTERUM INDEX.

*I*N hac figura eadem cerebri portio, que in octava seruat, uerū præsens figura in fa-
ciem profrus reposita, eam durae membrane partem abscissam habet, que cerebrum a cerebel-
lo dirimit, deinde cerebellum hic decorsum ē sua caluaria, scđe manibus protractum, ac decorsum
modice inuersum propendeat, ut ipsius regio caluarie alias contigas, oculis subiectetur, & dor-
salis medullæ canalis uideretur, alteram partem quarti uentriculi constitutens. Ad hæc, præ-
ter uenarum quarundam & nervorum progressus, etiam primus & secundus durae membrane
finis hic apertus ad amissim exprimuntur.

- A, A* Cerebri portio adhuc in caluaria amplitudine reliqua, atque hic in sua scđe adhuc aspernata.
B, C, D Tribus his characteribus cerebellum decorsum ex sua scđe reflexum indicatur, tenui membrana
adhuc inuolutum, ac dorsali medulla comatū. Vrūm B priuatum cerebelli dextram indicat
sedem, caluarie finis P notando correspondentem. D uero finis trām, que illi caluarie sedi
infidet,

inſidet, cui R. inſcribam. C. autem cerebelli media pars inſignit, uermi non abſimilis, & ſuis fibribus eos conſtituens proceſſus, quos uermium imaginis ueteres compararunt.

*E. Posterior terminus mediae partis cerebelli, qui uermiformi proceſſu posterior mihi reſcribitur.
F, G, H. Dorsalis medullae pars adhuc in caluaria conſiftens, ac F & G tuus partiſ ſeu dorsaliſ me duſſe fedes indicant, quibus cerebellum conſiftit. I. Uero ſedem dorsaliſ medullae inſignit, & caluaria amplitudine procidentem.*

I. Sinus dorsaliſ medullae calami quo ſcribimus mucroni non abſimilis, ac medianam cavitatem conſtituens communis uentriculi dorsaliſ medullae & cerebelli: quam quartum cerebri uentriculu diſectionis periti uocarunt.

K. Vafa ducluſ ueuenis quid similiſ, h. d. c in cerebellum ab illis uafis pertinentes, quae in primum & ſecundum duræ membrane ſinus exhauiuntur. atque ut hi ducluſ frequentes admodum fuit, ita etiam non ſemper pari propagantur ſerie.

L. Et hæc quoq; ducluſ uenit ſimilis in tenuem cerebelli membranam pertinet, ab illis uafis quæ hæc in parte duram cerebri membranam intertexunt.

M. Quintum cerebri neruorum par.

N. Sextus cerebri neruorum par.


O. Septimum par neruorum cerebri. atq; hic uidere eſt quot furculis duo poſtrema cerebri neruorum paria principia à dorsaliſ medullæ, nequam vero à cerebello, ducant.

P, Q. R. Sinus occipitis oſis, quibus correfpondet cerebelli figura, nam P cerebello inſcriptum, B congruit. Q. autem, C. uero, D.

S, S. S. Dexter ſeu primus duræ membrane ſinus, hic culelli mucrone adapertus.

T, T. T. Sinister ſeu ſecundus duræ membrane ſinus. atq; in nulla cerebri delineationum, horum ſinum ducluſ ita conficiuntur ac in preſente oculis ſubijicitur.

DECIMA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.



DECIMAE FIGVRAE, EIVS DEMQVE CHA-
racterum Index.

HAC figura eam cerebri portionem exprimitus, quæ dorsaliſ medullæ eductum initium: dein cerebellum à dorsaliſ medullæ hic conſpicua parte ademptum eſt, & cerebri teſtes, & nates, & glans pinea & nuci imaginem referens, ac poſtrema cavitas ea dorsaliſ medullæ quæ cum cerebel li cavitate quartum cerebri efformat uentriculum, hic pariter exprimuntur.

A, A. Cerebri pars dorsalem producens medullam.

B. Meatus extertio cerebri uentriculo in quartum ſub cerebri natibus tendens, cuius terminum in C. quartum pertinente uentriculū C inſigniat.

D. Glans cerebri, nuci pinea imaginis a diſectionis profeſſoribus abſimilata.

E, F, G, H. His characteribꝫ cerebri teſtes ac nates indicantur. uidetur nāq; diſectionis proceſſus gratia linea inter E ac F, et inter G et H coſpiciua, ſuperiora tubera E & G inſignita, ab infeſtoribus F & G natibus diſlinxiſſe, ac ſuperiora teſtes uocauiſſe, quod illis glans penis quaſi mo do incubit. Inferiora autem nates uocarunt, quod meatus ex tertio uentriculo in quartum per-

Ff 2 tinet

tinentis terminus C hic insignitus, podici conferri posse.

I, K Sedes due, quibus dorsalis medulla initium cerebello adnascitur.

L, M, N, O Cauitatis dorsalis medulla initij, alteram partem quarti uentriculi constituens, atque ab Herophilo calami cavitati assimilata, quam atrameto scribentes intingimus. Sedes enim L insignita eius calami cavitatis parte respondet, que indicis scribentis proxima est. M autem & N angulis illis assimilari possunt, que in cavitatis calami lateribus consistunt. O uero mucronem exprimit, quo characteres formamus.

P Dorsalis medulla hic presecta est, quæ in uertebras procident calvariam egreditur.

V N D E C I M A S E P T I M I L I B R I
FIGVRÆ



V N D E C I M A B FIG V R A E, E I V S D E M Q V E C H A-
racterum Index.

HAC figura cerebellum à calvaria, ipsaque ad eò dorsali medulla australis et supinum facit, humiliorum ipsum sedem qua dorsalem spectat medullam cōmonstrans. Ac proinde regiones ipsius dorsali medullæ continuatur, ac sinus infra ostendit, qui alteram portionem efformat quarti uentriculi seu sinus, cerebello et dorsali medullæ communis. Porro ad humiliorum praesentis figuræ sedem finis pinniculus media pars cerebelli, ut processuum uermis imaginem referentium natura conficeretur.

A Dextra cerebelli pars tenui membrana cerebellum inuestienti liberum, ut etiam totum cerebellum hic ea membrana denudatum commonstratur.

B Sinistra cerebelli pars.

C, c Media cerebelli pars, ac C notat huius partis anteriorem regionem, et uero posteriorum.

D, d Finis terminus mediae partis cerebelli: quorum anteriorem D indicat, posteriorem uero d.

E Cerebelli sinus, qui cum dorsali medulla sinus quartum nobis appellatum cerebri uentriculum constituit.

G, G His fedibus cerebellum dorsali medulla adnascitur.

H Anterior finis mediae partis cerebelli hic, ac si ab alto cerebello is resectus esset, expressus.

I Posterior finis mediae partis cerebelli, et cerebello quoque exclusus.

DVO



DVODECIMAE FIGVRÆ, EIVSDEM QVE CHA-
racterum Index.

HAC figura caput à sinistro latere exprimitur, dextro nonnihil subleuato. Ex calua-
ris autem amplitudine cerebellum hic euissimus, et tantum cerebri relicta portio, que in ocl-
ua & nona figuris adhuc seruabatur. *V*erum illa cerebri portio hic in sua non consitit sede, sed
eleuata est. *T*o in posterior, at ipsa caluaria basi aliquousque reflexa, ut tandem in conspectum
venient cerebri processus forma nervis non absimiles, et olfactus organo subministrantes: quo-
rum sinistri è sua sede cum ipso cerebro eleuatus est, dextro adhuc duræ cerebri membranæ qua-
o clavæ capitùs osf obducitur, connexo.

- A Cerebri pars dextra.
- B,B Sinistra cerebri pars, tenui membrana adhuc quemadmodum & dextra pars obuoluta.
- C Dextrum olfactus organum in sua sede adhuc seruatum.
- D Sinistrum olfactus organum, una cum cerebro in posteriora reflexum.
- E Sinus, cui sinistrum olfactus incumbit organum. eaq[ue] regio durae membranæ hic indicatur, que
odoratus nomine bac in sede multis, sed exiguis foraminibus peritua cernitur.
- F Vena caluariam potentiam sextam, hic in duram cerebri membranam aliquot surculis excurrens.
- G Septum sinus olfactus organis incisos interduidentur.
- H Dura cerebri membranae partis portio, que dexteram cerebri partem à sinistra dirimit.
- I,I Cerebrum postim excavata fibri in caluaria amplitudini respondens, hic quoque ad frontis osis
regionem fibi in sculptis cuernis congruit, & levibus tuberculis prominet, que ali mamillares
cerebri vocantur processus.
- K Vena caluariam potentiam quintam, cui iter præbet foramen secundo neruorum pari exsculptum.
- L, ut & subsequentes characteres, in umbra occipiti cavitatis latitudi, & parui etiam est mo-
M. menti. quandoquidem L caluariæ sinus indicat, cui dextra cerebelli pars congruit. M sedem,
N.O. que median cerebelli partem respicit. N sinus, in quem sinistra cerebelli pars reponitur. O uel
P.Q. ro dextrum seu primum sinus in quem durae membranæ P autem tertium, Q secundum, seu si-
nistrum.



DECIMAE TERTIAE FIGVRÆ, EIVS DEMQVE
characterum Index.

Hæc figura occipito profrus innititur, & uniuersa cerebri substantia quæ adhuc reliqua erat, in posteriore deorsum deflexa pendet, ut olfactus organa, & uisoriorum coitus, & maximi siforales arteriae rami in conspectum uenirent.

A,A Dextra cerebri pars, adhuc tenui membrana cerebri obducta.

B,B Sinistra cerebri pars.

C,C Cerebri tubera, quæ a similitudine quam cum papillis habent, mamillares cerebri processus plurimique nuncupantur.

D,D Sinus olfactus organis parati.

E Septum olfactus organis paratos sinus intertubidens.

F,F Sinus calvariae, quibus mamillares cerebri processus C & C insigniti congruunt.

G,G Vtrig notatur uena calvarianam ingredientium sexta.

H Vena calvariam ingredientium quinta.

I V as notatur uene correspondens, in tenuem cerebri membranam ab illis usq[ue] excurrens, que in dura consistunt membrana.

K Principium eorum duclium qui per duræ membranæ latus excurrunt, perinde ac si uena esset arterie commissa. Atq[ue] hi duclus in prima figura multis D insigniuntur.

L,L Olfactus organa hic una cum cerebro & dura membrana deorsum dtaulsa.

M Nervorum uisoriorum coitus.

N Vifor.

N *V*isforius nervus dextrum oculum petens.

O *V*isforius nervus sinistrum petens oculum. & perinde ac dexter uenula cōcomitatus, ab illis propagata usq[ue] tenuem cerebri membranam inibi contextuant.

P Soporalis arterie ramus durum cerebri membranam perforans, ad latus glandis cerebri pituitam excipientis.

Q Arteria P notatae propago, dextrum accedens cerebri uentriculum.

R Arteria P notatae propago hic in tenuem cerebri membranam surculos diffundens.

S Hic portio conficitur peluis cerebri pituitam excipientis.

DÉCIMA QVARTA SEPTIMI LIBRI

FIGVR. A.



DECIMAE QVARTAE FIGVRÆ, EIVSDEM QVB
characterum Index.

C AP VT hic in sinistram aurum reclinatum iacet, interne calvariae amplitudinis basim exprimit, duræ cerebri membrana fuscinellam. Atque tanta duntaxat cerebri dorsalisq[ue] medulla adhuc aſternatur portio, quanta cerebri nervorum paribus uidendis sufficit. *V*isforiorum porrò nervorum exortum contumq[ue] reſecui, ne pelvis latere cerebri pituitam excipiens,

A,A Modica cerebri portio und cum dorſali medullæ initio.

B,B Nervus visforij ea parte bic tantum conficit, qua calvariae amplitudinem egrediuntur.

C,C Pelvis cerebri pituitam excipiens.

D Hic in pelvis pertinet meatus cerebri pituitam ex tertio uentriculo deducens, ac I in septima figura & octaua notatus.

Ff 4 Dextræ

- E Dextræ sifoporalis arterie ramus, duram membranam ad latus dextrum glandis perforans, que cerebri pituita excipitur.
- F Sinistre sifoporalis arterie ramus iuxta sinistrum latus dictæ nuper glædis duram cerebri membranam perforans.
- G Secundum cerebri nervorum par.
- H Tertijs paris nervorum cerebri gracilior radix.
- I Tertijs paris nervorum cerebri crassior radix.
- K Quartum nervorum cerebri par, tertij paris crassiori radici conterminum.
- L Minor radix quinti paris nervorum cerebri, omnibus ignorata Anatomes professoribus.
- M Quintum nervorum cerebri par, seu maior quinti paris radix.
- N Sexti paris nervorum cerebri principia ac furculi.
- O Septimi paris nervorum cerebri principia ac furculi. Si quid in hac figura spectandum sit reliquum, id absque charactrum opera prompte uel ex proxime precedentibus percipitur.

DECIMA QVINTA SEPTIMI LIBRI

FIGVRÆ.

DECIMÆ QVINTÆ FIGVRÆ, EIVSDEM QVE CHAR-
ACTERUM INDEX.

PRÆSENTIS figura portionem eam amplitudinis calvariae duræ cerebri membrana succinctam depinximus, que supra ossis cincum imitantis medium habetur, una cum modo indicandis organis. Abscensq[ue] fuisse, integrum caput barum particularum gratia delineasse.

- A,B Nervorum usiorum portiones.
- C Sinistri lateris arteria, que duram membranam hic perforans, partim in tenuem cerebri membranam, partim uero in dextrum cerebri ventriculum digeritur.
- D Dextril lateris arteria.
- E Hic pelvis collecta propendet, cerebri pituitam ex tertio defluentem ventriculo excipiens.
- F Foramen, quo pelvis huius infundibuli modo extructæ finis glandem petit, cerebri pituitam excipiens.
- G, G Secundi paris nervorum cerebri portiones.

DEC.

DECIMASEXTA SEPTIMI LIBRI
FIGVRÆ.

H AC figura nudam depinximus glandem, qua cerebri pituita excipitur, una cum pelui seu infundibulo pituitam buc deferente, & hic flaccido propendente. **A** lateribus uero arteriarum fororalium portiones, que reticularem plexum efformare dicuntur, ita hic expressimus, uti nobis inter secundum occurre. Atq; ut eae arteriarum portiones uarie secautibus offerunt, ita quoque uarie eas delineauimus.

Glans, cerebri pituitam excipiens.

B Peluis, seu infundibulum cerebri pituitam super modo dictam glandem deferens.

C,C Arteriarum portio, quæ secundum suorum in offe caluariae foramina ductum oblique feretur.

D Sinistra arterie ramus in duræ membrane fistulam latus excurrens.

E Arterie sinistre portio per proprium foramen ad narium usq; amplitudinem pertingens.

F,F Hac sede ducuntur arteriae scriam delineauimus, ac dexterum quidem. Arteriam notat ea scriam ductum ut hic non dirimatur: quemadmodum sinistrum. Arteriam hanc in duos ramos, qui mox in unum rursus coeunt, insinuat.

G Arteriarum portiones duram cerebri membranam perreptantes, ac partim in cerebri ventriculo, partim in tenuum membranam cerebri basi obducitam digesti.

H Propago arterie per foramen secundi parisi nervorum cerebri caluariam excidens, ac nervum uisorium, ac dein oculum petens.

DECIMASEPTIMA LIBRI SEPTIMI
FIGVRÆ.

H AC figura plexum finiximus, cutus modi est esse deberet, qui Galeni in

A,B. libris de VJ partium descriptionibus conuenirent. Significet itaq; bic **A** & **B** arterias caluariam subentes, moxq; in mirabilem illa plexum diffundentes. **C,D.** uero & **D** ramos in quos plexus illius propagines colliguntur, quibus illis prorsus arteriarum magnitudine respondent, quas **A** & **B** indicamus. Cæterum **E** glandem notat, pituitam cerebri excipientem.



P RÆSENTI figura arteriarum sub dura cerebri membrana cōsistentium, ac ad glandis cerebri pituitam admittentis latus reptionis scriam depinximus, quam in ouium ac bonum capitibus obseruamus. Atq; hoc proponere libuit, ne quis nos latere arbitraretur, que illorum animalium hic cum homine sit differentia. Significat autem in hac figura **A** dictam iam septi glandem, **B** & **C** arteriarum sedem, qua primum in caluariam ingrediuntur.



DECIMAOCTAVA SEPTIMI LIBRI FIGVRA.

PRAEV A bac figura erectam finiximus peluim, seu cyathum, quo cerebri pituita in glandem ipsius subditum distillat, ac dein hic finiximus quatuor ductus à glande pituita per proxima glandi foramina deferentes. Indicet igitur **A** glandem, cui pituita inflillatur. **B** peluim, qua hec dicitur. **C,D,** **E**. Fuerit meatus ad faciliorē pituita, hic decubentes egressū paratos.

Porrò præter has septimi libri figuratas, ad earum potissimum cognitionem spectantes que in caluarie habentur amplitudine, etiam hoc faciat dieu figura ex mox ad finem primi Capitis libri quarti addite, & septem parum nervorum cerebri delineationem exprimit: quas quum illic prolixè indicaverimus, abs te provis effet easdem hic quoque reponere, et earum indicē ascribere. Præterea figura oculi constructionem exprimit, etiam si ad septimum referantur librum, tamen Capiti decimoquarto duntaxat illas præponam, quod oculorum fabricæ dedicabitur. Atq; id in illis figuris priuatum faciam, quod nulli alteri quam dicto iam Capiti famulentur.



ANDRAE VESALII BRUXELLENSIS
CEREBRVM GRATIA PRINCIPIS ANIMAE,
quemadmodum sensus quoque ac motus ex nostro arbitratu pendentis,
extructum esse. Caput I.

Quid quintus
liber et sexus
pertinet.



Septimi libri
argumentum.

Cerebri fun-
ctiones et per-
tinentia brevis co-
naturatio.

N S T R U M E N T A nutritioni famulantia duobus proxime precedentibus libris utcunq; aggressus sum. Prior namq; cibi potionisq; organa (in quorum preci puo uiscere concupiscentib; anima; residere diximus) & dein proper loci uincinare, partimq; conexum membra generationi dedicata enarravit. Posterior autem eas partes recensuit, quibus aere substantiae reficiend; ac innati caloris augendi recreandisq; munus concreditur: in quorum primario uiscere vim irascibilis anima; infestat esse innuum, inibi Stoicorum & Peripateticorum suffragis haud adeo aquiescentes, ut & anima; principatum in corde collocari testarum, nero suo ab illo originem dicere donaremus. Quapropter quum sensus motusq; arbitrii, & principis anima; (cuius beneficio imaginamur, ratiocinamur, memoramus) formae adhuc commemoranda superfit, praesens liber illi opportune consecrabitur, cerebrum ipsiusq; partes uniuersas una cum sensuum organis perfractaturus. Quemadmodum itaq; cordis substantiae, uitalis anima; uis, ac proprie; incori carni, naturalis anima; facultas induunt, insuper ut ictus crastio rem sanguinem, ac qui perquam caliginosus est, naturalem spiritu, & cor item rufus sanguinem impetu per corporis ruentem unā cum uitali spiritu conficiunt, & perinde atq; haec uicera per dedicatos sibi canales omnibus corporis partibus suas materias deruant, ita quoq; ex rebrum aptam ipsius muneri obtinente materia; in proprijs sedibus, a illius functioni appositè subministrantibus instrumentis, animalem spiritu longè clarissimum tenuissimumq; parat, quo ad diuinis principis anima; operations partim uitit, partim autem ad sensuum motusq; instrumenta per ueros tanquam per funiculos continuò distribuit, ea nonquam spiritu, qui præcipuus eorum instrumentorum functionis autor censetur, desituens, non minus sanè quam ictus & cor nullas corporis partes suis quas illis impinguat materis (tantisper dum ualeat homo) indigas relinquit, etiam si non semper cum qualitate tum copia eadem diffundant. Nec uigitur (quorum originē à cerebro pendere in quarto libro in dicauimus) id cerebro præstant, quod¹ magna arteria cordi, & cauae ictori, ut qui paratum à cerebro spiritu illis quibus hunc mandari oportuit instrumentis deducant, diligentesq; cerebi satellites & nuncij censetur. Cæterū animali spiritui materia; suppetit uitalis spiritus, in arterijs numerosa seria ambas cerebri membranas accedentibus abundans, & dein aer quem uersus cerebrum tum per foraminula priuatim olfactus organi occasione in octavo caluarie offre exsculpta, tum comprimit per ea caluarie; foramina quæ palatum spectant, inter spirandum attrahit multo ante diuimus. Ac ea quidem, qui dum inspiramus per angustissimos flexuososq; & tortuosos ductus inter duram cerebri membranam ac tenuem attrahit, atq; ob difficultem transitum extenuatur, cerebroq; apertissimum redditur, undecunq; ubi a ditione reperit, in cerebri dextrum & sinistrum, & horū medium utriculos se se inquinat. Vitalis autem spiritus & si copiofissimus in omnibus tenuis duræq; membranæ uasis ductibus ue habeatur, attamen in dextrum & sinistrum cerebri uenit triculus plurimus à præcipuis arteriarum ramis fertur, quas superius obliquo longoq; ductu contra Galeni placitum caluariam perforare, atq; ad glandis cerebri iuitatum excipientis latera porrigi restulimus. Ab his namq; arterijs, quas reticularē plexum Galenus efformare docuit, non minima; fobole tenuis membranae procellibus suffulte, per humillimas dextræ sinistriq; utriculii fedes ingrediuntur, tandem secundum totum ventriculorum progressum in illorum amplitudinem incedentes. Verum præter has arterias, &c² quanto quem ego ita nun cupauit utræ mebranæ sinu³ uas quoddam sub eo corpore quod testudinis camerae ue in flat arcus extructe imaginè referit, ac nobis cameratu appellatur, in anteriora cerebri per communem dextræ sinistriq; ventriculi cauitatem, seu potius tertium cerebri ventriculum confedit. Hoc uas tandem in duos ramos bipartitum, uno ad dextrum, altero ad sinistrum ventriculum diffundit, & eius loci arterijs commixtū, rete efformat, quod ab extini fucus inuolueri imagine nomine inuenit. Ab arteria itaque in cerebrum ingresso, ac uitali illo spiritu ob frequentes sanè anfractus ad cerebri uetus magis adaptato, in cerebri dextro sinistroq; ventriculis, & ipsorum mutua concauata tercio ue

In lib. de Ve-
nariis & Ar-
teriis scđlio
ne.

4. fi. ca. 1.
ca. 1. fig.
ca. 1. 4.
6. fi. cap. 11.
bb. 3.
fig. cap. 6.
d. 3. fi. ca. 6.
l. 1. 2. 3.
e. p. finit.
ca. 1. fig. 4.
ca. 1. 1.
f. 1. 2. 3.
H. 1. 1. C.
E. 1. 2. 3.
inter D. 1. 1.
G. 1. H. C.
A. 1. B. B. B.
gors. 11.
gors. 12.
L. L.
b. 1. 2. 3. figs.
M. M.
i. 7. fig. II.
K. 7. 1. 2. 3.
ca. 1. 2. 3.
1. 1. 2. 3. C.
aut. 1. 2. 3.
fig. 1. 2. 3.
aut. 1. 2. 3. L.
m. 1. 2. 3. fig.
gors. 13.
n. 1. 2. 3. fig.
F. aut. 1. 2. 3.
S. 1. 2. 3. G.
0. 7. fig. T.
P. 7. fig. V.
aut. 6. fig.
H. 1. 2. 3. B.
A. 1. B.
g. 6. fig. 13.
K. 1.
T. 6. fig. M.

tertio ueentriculo animalis spiritus à cerebri uirtute elaboratur, quam ab opportuno elemen-
 torum ad iustitiam cerebri substantiae temperamento, pendere credimus. Porro huius spiritus
 animalis portio³ tertio cerebri ueentriculo per oblongum meatum⁴ inter ea corpora cerebri quae
 178fig.5b
 Hper Km
 I. finora et
 Efi. undeci
 me.
 110fig.E.P.
 G.H.
 199fig.H.

clinibus & tefibus assimilabuntur porrectum, in cerebelli ueentriculum fertur, quem partim
 cerebelli sinus, partim dorsalis medullae cauitas efformant. Ab hoc ueentriculo in⁵ dorsalem
 medullam, atq[ue] ita in neruos ab illa propagatos, animalis spiritus non medio crisi portio digeri-
 tur. A reliquis autem cerebri ueentriculis, spiritum in neruos ab illis proxime principiū ducentes,
 ac sic in fenium motusq[ue] arbitrariorū organa dispensari arbitramur, non admodum anxiē di-
 scipientes, num spiritus ille tenuissimus per aliquos neruorum meatus (ut vitalis per arterias)
 an secundum neru corporis latera lumen modō ad columnam, dirigitur: an uero neruorum
 duxataxat continuat cerebri uis ad partes pertinet. Atq[ue] haec uis sibi cerebri functiones in
 uiuorum animalium sectionibus admodum probabiliter & uerè quadammodo possum assiqui.
 Sed quā in imaginatione, ratiocinatione, cogitatione, memoria (aut quomodo cuncti alter,
 nesci quorum dogmatibus acquirecens, principis animæ uires subdiuidere, aut enumerare
 uel) cerebrum suo fungatur munere, haudquā ex sententia apprehendo. & si forte accurato
 inde felicitate cerebri partium intuitu, ac deinceps ex reliquarum partium corporis, quarum uis
 uel leuite in dilectione exercitatum haud late, speculatione, qua similitudo indagaretur, uel
 probable quid in dipisci possem, id sibi citra sanctissime fidei labem neutriquam conficeretur.
 Quis enim, Deum immortalē, huius artatis philosophorū, addam & theologorum uulgus nō
 admirabitur, qui tam ridiculē diuinæ ac summi admirabilis hominis cerebri machina detrahen-
 tes, ex ipso rūlo misere in humanæ fabricæ cōditoris omnipotētis, nō fecus quām si Prometheus
 esset, necio quam cerebri fruem nucagilimē ementitur, eam quam incredibili providentia
 atque adeo eis quos corpori prestat debui usibus affabre immensus rerum Opifex effinxit,
 procul ab oculis arcentes, suamq[ue] tot inartificiosis abundantem monstros præponentes, & pa-
 rum (prò pudor) solliciti in quantum impietatem teneros quos insituum animos temporis
 succellūrapti, tunc uidelicet, quum illi præceptorum sc̄fis non amplius addici, & Naturæ
 operum descendē cognoscendī studio flagrantes, proprijs manibus in homine ceterisq[ue] ani-
 malibus, que ipsi fuere tradita, rimari, altiusq[ue] expediter aggrediuntur. Non dū enim memo-
 riz excidit, me quin in Cafrenis pedagogio Louaniensis gymnaſij facilē præcipuo ac lauda-
 tilissimo, philosophia operam nauarem, in commentarijs quos præceptor noster professione
 theologus, ob idq[ue] ad pias opiniones cum philosophorū miscendas inter reliquos eius Acadē-
 mie moderatores paratissimum, in Aristotelis libros de Anima prælegebat, scripsiſſe, cerebrum
 tribus donari ueentriculis, atq[ue] horum primum anteriorem, secundum medium, & tertium po-
 steriore esse, cosq[ue] situ ad hunc modum nomen obtinere, & à functione etiam alter appellari.
 Siquidem primus seu anterior, qui frontem respiceret dicebatur, sensus cōmuniue ueentricu-
 lis nuncupatus est, quod ab hoc hi quinq[ue] fenium neru sui instrumentis deferri, & dein horum
 neruorum beneficio odores, colores, sapores, sonos, & tactiles qualitates in hunc ueentriculum
 deduci, illi homines arbitrantur. Ac proinde præcipius primi ueentriculi uis celebatur, ut
 obiecta quinque fenium, quorum genus fenium communem uulgō uocamus, recipere: atq[ue]
 illa ad secundum ueentriculum, qui meatu quadam primo necēbatur, transmittere, quō secu-
 dus de obiecto imaginari, ratiocinari & cogitare possit. quippe ueentriculo illi cogitatio seu
 ratio tribuebatur. Tertius autē ueentriculus memorie erat facer, in quem secundus omnia que
 ex obiectis illis, de quibus abūlē ratiocinatus esset, mādrā uoluit, cōmodē deponebat. Atq[ue] ter-
 tius ueentriculus hac prout humidiſſor ficeretur erat, aut oxyus aut tardius fibi, uelut in ceram
 aut lapidem duriorē inſculpebat. Dein pro sculptura leuitate uel difficultate præsentem ue-
 triculū que ipsi mandātur, aut breuiori, aut longiori temporis interualllo aſſeruare, commen-
 taria illa docent. Neque profectō tertius iste ueentriculus hac fibi suoq[ue] nomine, aut retinet, aut
 inſculpit, sed secundi ueentriculi gratia, nimisq[ue] ut quoties hic de aliquo memorie finiū concre-
 dit, ratiocinari inſtituit, ille oxyus hoc quicquid elī in secundum ueentriculū de lege, ac ueluti
 in rationis officiā uerandū exporrigit. Cæterum ut ſingula que ita nos edocebamur, apius
 aſſequemur, tabula quædā offendebatur necio à qua philosophia Margarita de prompta,
 dictosq[ue] iam ueentriculos oculis subiiciens, quā nos discipuli prout ſcholastica pīcture quicq[ue]
 erat ſtudiosior, ſuis commentarijs exprelliū appingebamus. Neg hac figura tres duxataxat
 ueentriculos complecti nobis perſuadebatur, uerū pīſam quoq[ue] omnes ſimil capitis partes,
 neđum cerebri, offendere arbitrabamur. Atq[ue] hæc Opificis noſtri ſolertiā in corporis humani
 fabrica nunq[ue] incipientiū ſunt figura: qui quām in cerebri coſtructione enarrāda aberrent,
 ſequē ſermo offender, qui eadem methodo qua in duobus proximē præcedētibus libris uis-
 sum, post perfectoriam hanc cerebri descriptionem, ipsius partes ſcorum ſingulas unā cum
 omni.

Thomas, Sc
 ti. Altera,
 Cuius coloris
 ſcripitorum
 de cerebri ue-
 triculis opis
 mo.

omnibus sensus instrumentis explicabit. Quantū uero impietatis imperitis, & nō adeo adhuc in finitissima nostra fide obfirmatis animis, eiu[m]modi ventricularū cerebri usuū (quod ad principis anima[u]m uires spectat) descriptio conciliare possit, hi (etia[m] si ipse fileā) perpendunt, qui quadrupedum (quibus omnē rationis uim, ac pricipiū animam rationalem ex theologorū praeceptis placitis admimus) cerebra, hominū cerebris quām proximē omni ex parte accedere dicerent. Quandoquidē ouis, capra, bouis, felis, simia, canis, & quas secuū cerebri cū humano cerebro in partū conformatio[n]e, ac postissimum in ventriculus, uix illa proflus occurrit diffren[t]ia, nisi quod mole cerebra pro animaliū qua donata uident[ur] ratione, certo variare cognosci mus. Homini nangā cerebrū obtigit maximū, mox simile, canis, ac eadē serie deinceps, prout animal quoduis ad rationis uim uicinius accedere quibusdā argumētis colligimus. Neq[ue] cerebrū homini tantū corporis ipsius portionis grandius obtigit, imo id omniū animaliū cerebris maius uisitū. Homini nangā cerebrū uel duobus equoru[m], bous, aut a[n]finorū cerebris granulus appetet. Sed hæc omnia, ut & ventricularū fabrica, ex sequētib[us] eudet perspectiua.

DE DVRA CEREBRVM AMBIENTE membrana, & sub eute caluaria succingente membranula. Caput I.

DVR A cerebri membrana in multis occurrit figuris, in prima enim externa ipsius proponitur fedes uniuersitatis, que supra scissuram cōsistit, que cerebrū ostensuri, caluariam diut d[omi]n[u]s. Secunda uero eam membranam partem internam communi strat sede, ut etiam nona, duodecima, decimatercia, internam sedem proponunt, qua caluaria regiōnem succingit infra dictam nuper scissuram, cōsistentem. Ceterum processuum ipsius inter dextram & sinistram cerebri partes deductū, refert tertia figura ad D, D. Illud autem qui cerebello inferniuit, septima figura O, O, O. Atque in illis etiam figuris duræ membranæ occurrit sinus, ut optime figura capitis decimiquartu[m] libri tertii. Porro membranā caluaria exteriū obductā nullib[us] priuatis delineauimus, quum tenuis sit, ac osi undiq[ue] circundetur, atque ex ossis circumscriptione petenda ueniat.



Dura mēbra
ne situat nu
mera, magni
tudo, forma.

V E M A D M O D U M sanè uniuersam cauitatem qua nutritionis organa continentur, peritonæ succingi recentiuimus, atq[ue] id instar faci cuiuslib[et] omnia illi imposita amplecti, & pariter quoq[ue] costas succingentes tunciam omnia quæ in thorace collocauntur, ambi[m]e cōmemorauimus, ita etiam uniuera caluaria cōtauitas cerebro excipiendō adaptata, quadā subducatur membrana, quam propter crastitum qua ceteris nō cerebri modo, uerū totius corporis præflat membranis, crastam, & ab insigni duritate duram, ut & cū tuncularē, nuncupamus. Hæc nō minū quām peritonæ & costas succingentes membrana unica cōtinuās omnino uisitū, præter q[ue] quod quibusdā foraminibus & sibilibus uenariū modō extructis sit peruia. Vnde euā ilico præfensis membranæ sitū, & quod ad ipsius externā su perficit attinet formā, magnitudinēq[ue], etiā aliud nihil sermoni addidero, offlū cognitione edocet. Quandoquidē nullū caluaria priuati aliqui uisu gratia, in caluaria amplitudinē extuberat, cui hæc mēbrana nō cedat, sc̄p ab illo introrsum premi finat. Rursus nullus in ea cauitate consilū sinus, quæ hæc quoq[ue] mēbrana nō implear. atq[ue] ut semel dicā omni ex parte ollibus proxima necit, alij locis rem illius, alij uehementius, uti paulo post audies, cōnata. Atq[ue] hinc etiā sit, externā durioris membranæ superficie propter offlū sinus, tuberaginæ qualē, & deinde fibrarū quibus hæc ollibus cōmittitur oceano, aspera, aut nō adamastum levē lubricamq[ue] uideri. Ac pricipia ollius tubera, quæ cū orbicularē sphæræ modō rotundā esse prohibet, in capitis postiflimū basi cōspicunt, & horū quidē primū censeri potest? offlū septū olfactus organorū sedē interduuidēs: dein ea caluaria extuberatia, quæ ut oculis in caluaria sedē cōmoda exculperetur, in capitū amplitudinē iuxta illius basis anteriora ac septi illius latera extuberat. Præterea inæqualitas illa, quæ propter ollis cuneiformis crastit in qua ipsi proprie cōsistunt, cauerne parandā, & aptā glandule cerebri pituita excipiētis sedē insculpendā, in medio ferē amplitudinis caluaria cernū. Deinceps alia duo insignia quoq[ue] tubera in hæc amplitudinē ideo p[ro]minēt, ut idoneat auditus "organis sedē Natura fingeret. Postremō ea quoq[ue] eminētia ī dicitis accedit, quæ in occipitiū offlā a posteriori parte foraminis spinale medullā transmittētis etiā sursum ad mediū intercalū porrigit, quod inter id foramen & futura Græcorū & imaginē exprimitis eminentiorē sedē confitit. Atq[ue] hæc capitū offlū tubera cū minus dura mēbrana in ipsius basi instar oblongæ sphæræ utrig[ue] ad anteriora leuiter depreſſe appareat, in causa pricipiū censent. Alia uero tubula, quæ propria dura membrana uasa uenariū ac arteriarū ferē materiali continentia in exteriori ipsius superficie efformat, nō adeo illius orbiculatum formā interturbant, E.

bant, seu quo minus rotunda uisatur, non magnopere obstant, quum haec uenarū duntaxat ritu protuberent. Porro nullus in caluarie amplitudine sinus (prater eos quos necessariō nuper commemorata in basi capitī tubera constituant) occurrit, quem Natura non exculperit durae membranæ uisorū gratia, ut scilicet sinus uasis cedant, ac citra compreßionē ipsiis locū dent, & ne durae membranæ uala ipsi membranæ damno sint, quo minus haec ossi proxima apponi queat.

